



ARCHIVIO STORICO DELLA VAL DI ZOLDO

1407 settembre 22, *Venetiae*.

Ordine del doge di prestare obbedienza all'antipapa eletto dal concilio di Pisa.

Raccolta Francesco Pellegrini, *B. C. BL. Ms. 495, fol. 699*, tratto dai *Libri delle Provvisioni del Maggior Consiglio*, Liber B, fol. 56 r. - Doc. segnalato da P. MONEGO.

Michael Steno Dey gratia dux Veneciarum etc, Nobilibus et Sapientibus viris Benedicto Trivixano de suo mandato Potestati et Capitaneo civitatis Bernini, ac successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Ut ea que nuper deliberata sunt per nos et consilium nostrum de X. sint vobis pienissime manifesta, significamus vobis quod MCCCCVIIIJ die XXVJ augusti, captum fuit per nos et dictum nostrum consilium de X videlicet quod notificetur ex parte nostri dominij et consilij de X. reverbendis patriarche Gradensi et episcopo Castelano et alijs prelati et regularibus ordinum et conventuum Veneciarum et clericis qualiter subtraximus obedientiam domino Angelo Corario, et dedimus obedientiam nostrani Pape Alexandro ellecto per concilium Pisis, ut volentes tenere et credere nobiscum in Papam Alexandrum quintum predictum teneant et credant. Illi autem qui non crederent et non sequerentur nobiscum debeant penitus ire ad faciendum facta sua extra Venecias et non reverti Venecias, sed teneantur et debeant recedere de Venecijs infra tres dies proximos, sub pena standi duobus anni in uno carcerorum inferiorum et denuo bannientur et hoc tociens observetur contra delinquentes quociens fuerit contrafactum. Et scribatur rectoribus nostris terrarum et locorum nobis subiectorum tam levantis quam ponentis de nostra deliberatione predicta, ut similiter notificari faciant prelati et regulis et clericis ordinum et conventuum suorum regiminum ut observetur per eos sicut nos volumus in Venecijs observari. Et sic debeant dicti nostri rectores penitus observare et tacere observari. Quare fidelitati vestre scribimus et mandamus per nos et dictum nostrum consilium de X. quatenus ut dictum est quantum ad vos spectat debeatis observare et facere inviolabiliter observari, facientes

has nostras literas in cancelaria vestri regiminis ad futurorum memoriam registrari.

Date in nostro ducali palatio die XXI] septembris Indictione IIJ. MCCCCVIIIJ.

[Sul retro] Nobilibus et Sapientibus viris Benedicto Trivixano Potestati et Capitaneo civitatis Beluni et successoribus suis.
